

tumeliam Sacramento, facit etiam contumeliam Christo, quia quantum est de se, filium Dei crucifigit. Et ideo patres grauem imposuerunt penam rebaptizantibus, & rebaptizati scienter, propter grauitatem culpæ: quia rebaptizatio, aut sapit hæresim, aut si nõ sapit, grauisimum contemptum Dei, & sacramenti inducit.

- 13 Vnde secundũ leges † rebaptizantes, & ipsi rebaptizati puniuntur capite, seu vltimo supplicio, quod importat mortẽ, qualitercunque miseratur, l. vitium, ff. de pen. nisi q̄as ipsos rebaptizatos recuset l. 2. C. ne ian. bapt. iteret. Sed secundum Canones rebaptizatis clericus deponitur, & laicus excommunicatione maiori excomunicatur. & rebaptizatus siue scienter siue ignorãter, si postea sciens ratum habuerit, non potest promoueri ad ordines, cap. confirmandi, dist. 50. At si ignoranter fuerit rebaptizatus, vt infans, vel per coactionem absolutam, iux. cap. maiores, de baptis. licet secundum aliquos, de iure possit promoueri, tamen secundum alios requiritur dispensatio, de consecr. dist. 4. c. qui bis. Quinta, quia baptismus morti Christi assimilatur, nam in morte Christi baptizamus, per quam morimur peccato, & resurgemus in nouissimo uitæ, seu nouitate. Christus autem semel tantum mortuus est, & ideo nec baptismus debet reiterari. Ita D. Thom. vlt. par. sue sum. q. 4. ar. 9. Turrecrem. in cap. hanc. 1. q. 1. & in c. Ecclesijs, de consecr. dist. 1. Henr. Boich. in c. 2. de baptis. Sed modo ad decisiones deueniamus, quarum prima est.

- 14 In Ecclesijs vbi non sunt † deputati fontes, non licet baptizare. Clem. præfenti, de bapt. & eius effectu, vbi Pau. & Imola. ad hoc in c. his q̄az, de maior. & obed. & c. 1. de cap. monach. in plurimis autem Ecclesijs consueuerunt esse fontes 13. q. 1. cap. 1. Et tales Ecclesiæ, vt dicit glos. in d. Clem. dicuntur baptismales, c. 1. de nou. oper. nunc. in princ. Dicuntur etiam matrices, quia per baptismum renascimur, cap. ex transmissa, de deci. facit c. 2. de transl. prælat. quia si-

cut mater carnalis nos generat, sic Ecclesia per baptismum nos regenerat in Christo, c. debitum, de baptis. 17. q. 2. cap. pridem. de cogn. spir. c. vii, & cap. Martinus. In casu tamen necessitatis sicut hoc sacramentum potest conferri à quocunque, mare, & femina, de consecr. dist. 4. cap. à quodam, & cap. sanctum, de sum. Trin. & fide catho. c. 1. §. sacramentum, ita etiam potest celebrari in omni Ecclesia. & presbyteri nolentes, quod in necessitatis articulo in capellis baptizetur, grauitèr peccant, capit. omnis, de consecr. dist. 4. vbi Turrecrem. Sic etiam nobilitas causa est, quod pueri possint baptizari in cameris, vel aulis, uel priuatis domibus, & locis profanis. d. Clem. & ita Nobilitas, & necessitas aliquando comparantur. Nam quemadmodum filij nobilium possunt baptizari in priuatis domibus, sic filij ignobilium data necessitate. Aliquando et nobilitas, & scientia æquiparatur, c. de multa, de preb.

- 15 Secunda. Licet † per actum baptismandi quis uideatur habere curam, cum baptizans aduultum, debeat ipsum instruere in articulis fidei, cap. ante omnia, de consecr. dist. 4. 30. quæstio. 1. cap. placuit. Quod quidem pertinet ad presbyterum curatum, cap. vt vnusquisque, de vi sa, & honest. cleric. tamen in contrarium est veritas, cum iste actus si fiat in forma debita, cum intentione baptizandi, possit exerceri etiam per laicum, 30. q. 1. cad limina, & sic non est de cura pœnitentia, uel iudiciali, cuius laicus, sicut & mulier est incapax, de pœnit. & remiss. c. noua, c. omnis, de maior. & obed.

- Tertia. Data quacunq̄ necessitate, 16 nullus potest seipsum † baptizare, cap. debitum, extr. de baptis. quia iste, qui seipsum baptizat, non potest seruare debitam formam, quia necessario requiritur diuersitas personarum: sic quoddam sint plures personæ, quarum prima, intelligitur in illo pronomine, te. arg. 22. dist. c. quorundam. Abb. antiq. in d. cap. debitum. Tum etiam, quia ars imitatur naturam, in quã-